



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Synodi Nicaenae Epistola Ad Silvestrvm Papam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

## SYNODI NICÆNÆ EPISTOLA

AD SILVESTRUM PAPAM.

Epistola hæc a Surio primum edita fuit ex vetusto libro Colonienſi, quæ reperitur etiam in antiquis codicibus manuſcriptis Creſconianæ collectionis, ſed vbique valde corrupta.

*Beatiffimo papæ urbis Romæ cum omni reuerentia colendo Silueſtro, Oſius episcopus provinciæ Hispaniæ ciuitatis Cordubæ, Marcarius episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ, \*Victor & Vincencius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua\*.*

QVONIAM omnia \* corroborata de diuinis mysteriis ecclesiasticæ vtilitatis \* quæ ad robur pertinent sanctæ ecclesiæ catholicæ & apostolicæ, ad sedem tuam Romanam explanata, & de Græco redacta scribere confitemur: nunc itaque ad \* vestræ sedis argumentum accurrimus roborari. Itaque censeat vestra apostolica doctrina, episcopos totius vestræ apostolicæ urbis in vnum conuenire, vestrumque habere \* Concilium, sicut docet mystica veritas; \* vt firmetur nostra sanctimonia, gradusque fixos, vel textus ordinationis tuæ sanctimoniam nostram possit habere regula: quoniam decet numerum dictorum tuorum coepiscoporum a te discere gradus, \* vel ordines constituere urbis. Quidquid autem constituimus in Concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro vniuerso Concilio. Data VIII. Kalendas \* Iulias. accepta XIII. Kalendas \* Nouembris, Paulino & Iuliano summis consulibus.

RESCRIPTVM

SILVESTRI EPISCOPI

AD SYNODVM NICÆNAM.

*Silvester episcopus sedis apostolicæ, & S. ecclesiæ catholicæ, reuerendæ religionis urbis Romæ fratribus & coepiscopis, qui in Nicænum Concilium conuenerunt, in Domino salutem.*

GAVDEO promptam vos benignitatem seruare. Nam & confirmo, figoque ad doctrinæ vestræ reclamantes

\* & ceteri episcopi trecenti decem & octo, in Domino salutem.

\* corroborantur diuinis

\* causa

\* veræ fidei argumentū

\* cōsiliū,

\* confirmet n. sancita, vt gradus fixos cōnexa ordinationi

\* cōformes conficere verbi. Locus deprauatum.

\* Et hic quoque mentum irrepsisse videtur, for.

scripsi fuerat, Septembris.